



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum mendacium semper sit peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Vtrum omne mendacium sit peccatum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q non omne mendacium sit peccatum. Manifestum enim est, quod Evangeliste scribendo Evangelium non peccaverit. Videtur tamē aliquid falsum dixisse: quia verba Christi, & etiam aliorum frequenter aliter vult. Galiter retulit alius, unde videtur quod alter eorum dixit falsum, non ergo omne mendacium est peccatum.

¶ 2 Præter. Nullus remuneratur Deo pro peccato: sed obstrictio Aegypti remunerata sunt Deo propter mendacium. dicitur enim Exo. i. quod edificavit illis Deus domos. ergo mendacium nō est peccatum.

¶ 3 Præter. Gestis sanctorum narratur in sacra scriptura ad informationem uitæ humanæ: sed de quibusdam sanctissimis uiris legitur, quod sunt mentiri, sicut Gen. 12. & 20. q Abraham dixit de uxore sua, quod soror sua esset. Iacob dicitur mentitus est dicens se esse Esau, & tamē benedictionem adeptus est, ut habetur Gene. 27. Iudith etiam commendatur, quæ tamen Holoferni mentita est. non ergo omne mendacium est peccatum.

¶ 4 Præterea. Minus malum est ellegendum, ut uitetur malus malus, sicut medicus præcindit membrum, ne corrumpatur totum corpus: sed minus nocuum est, quod aliquis generet falsam opinionem in animo alicuius, quam quod aliquis occidat, uel occidatur. ergo licitè potest homo mentiri, ut unum præferret ab homicidio, & alium præferret a morte. ¶ 5 Præterea. Mendacium est, si quis non impleat, quod promissit: sed non omnia promissa sunt implenda. dicit Isido. * In malis promissis rescinde fidem. ergo non omne mendacium est peccatum.

¶ 6 Præter. Mendacium ob hoc dicitur esse peccatum, quia per ipsum homo decipit proximum. Unde August. * dicit in lib. contra mendacium. Quisquis esse aliquid genuit mendacij, quod peccatum non sit, putauerit, decipiet seipsum, ut piter, cum honestū se decipere arbitretur aliorum: sed nō omne mendacium est deceptionis causa, quia per mendacium iocofum nullus decipitur. nō enim ad hoc dicuntur huiusmodi mendacia, ut credantur, sed propter delectationem solam: unde & hyperbolice

transcendit ueritatem in malis, quod pertinet ad iactantiam: & in mendacium, quod deficit a ueritate in minus, quod pertinet ad ironiā, ut patet per Philo. in 4. Ethic. * Hæc autem diuisio ideo per se est ipsius mendacij, quia mendacium, inquantū huiusmodi, opponitur ueritati, ut dictū * est. Veritas autem æqualitas quædam est, cui per se opponitur maius, & minus. Alio modo potest diuidi mendaciū, inquantum habet rationem culpæ secundum ea, quæ aggrauāt, uel diminuunt culpam mendacij ex parte finis intenti. Aggrauat autem culpam mendacij, si aliquis per mendacium intendat alterius nocuum, quod uocatur mendacium perniciosum. Diminuitur autē culpa mendacij, si ordinetur ad aliquod bonū uel delectabile, & sic est mendacium iocofum: uel utile, & sic

est mendacium officiosum, quo intenditur iuuentum alterius, uel remotio nocuum: & secundum hoc diuiditur mendacium in tria prædicta. * Tertio modo diuiditur mendacium uniuersalius secundum ordinem ad finem, siue ex hoc addatur, uel diminuatur ad culpam mendacij, siue non. Et secundum hoc diuisio est octo membrorum, quæ dicta * est: in qua quidem tria prima membra continentur sub mendacio pernicioso, quod quidem fit uel contra Deum, & ad hoc pertinet primū mendacium, quod est in doctrina religionis: uel est contra hominem siue sola intentione nocendi alicui, & sic est mendacium secundum quod. f. nulli prodest, & obest alicui: siue etiam intendatur in nocuum unius, utilitas alterius, & hoc est tertium mendacium, quod uni prodest, & alteri obest. Inter quæ tria primum est grauissimum: quia semper peccata cōtra Deum sunt grauiora, ut supra * dictum est. Secundum autem est grauius tertio, quod diminuitur ex intentione utilitatis alterius. Post hæc autem tria, quæ superaddunt ad grauitatem culpæ mendacij, ponitur quartum, quod habet propriam quantitatem sine additione, uel diminutione. Et hoc est mendacium, quod fit ex sola mētiendi libidine, quod procedit ex habitu. Unde & Philof. dicit in 4. Ethic. * q mendax eo q talis est secundum habitū, ipso mendacio gaudet. Quatuor uerò subsequētes modi diminuunt de culpa mendacij: nam quintū est mendaciū iocofum, quod fit placendi cupiditate. Alia uero tria continentur sub mendacio officioso, in quo intenditur quod est alteri utile uel quantum ad res exteriores, & sic est sextū mendaciū, qd prodest alicui ad pecuniā conseruandā: uel est utile corpori, & hoc est septimū mendaciū, in quo impeditur mors hominis: uel est utile ad honestatē uirtutis, & hoc est octauum mendaciū, in quo impeditur illicita pollutio corporalis. Patet autē, q quāto bonum intentū est melius, tanto magis minuitur culpa mendacij. Et ideo si quis diligenter consideret, s m ordinem prædictę enumerationis est ordo grauitatis culpæ in istis mendacijs. Nam bonū utile præfertur delectabili, & uita corporalis præfertur pecuniæ, honestas autem ipsi corporali uitæ. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

lib. 4. cap. 7. tom. 5.

Art. præced.

In arg. 2. ad oppositum.

Arg. 2. huius art.

1. 2. q. 73. art. 9.

lib. 4. cap. 7. tom. 5.

locutiones quandoq; etiam in scriptura sacra inue
niuntur. non ergo omne mendacium est peccatū.

Sed contra est, quod dicitur Ecclē. 7. Noli uel
le mentiri omne mendacium.

RESPON. Dicendum, quod est secundum se ma
lum ex genere, nullo modo potest esse bonum, &
licet: quia ad hoc, quod aliquid sit bonum, re
quiritur quod omnia recte cōcurrant. Bonū enim
est ex integra causa: malū uerō est ex singularibus
defectibus, ut Dion. dicit 4. cap. de diu. nom. * Mē
dacium autem est malum ex genere: est enim actus
cadens super indebitam materiam. Cū enim uo
ces naturaliter sint signa intellectuum, innaturalē
est & indebitum, quod aliquis uoce significet id,
quod non habet in mente. Vnde Philo. dicit in
Ethic. * quod mendacium est per se prauum, &
ingendum: uerum autem est bonum, & laudabi
le. Vnde omne mendacium est peccatum, sicut
etiam August. * asserit in lib. contra mendacium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nec in Euan
gelio, nec in aliqua scriptura canonica fas est opi
nari aliquod falsum asseri, nec quod scriptores ca
rum mendacium dixerint: quia periret fidei certi
tudo, quae auctoritati sacrae scripturae innititur. In
hoc uerō quod in Euangelio, & in alijs scriptu
ris sacris uerba aliquorum diuersimodē recitatur,
non est mendacium. Vnde August. * dicit in lib.
de consensu Euāgelistarum, nullo modo laboran
dum esse iudicari, qui prudenter intelligit ipsas sen
tentias esse necessarias cognoscendae ueritati, qui
bullibet uerbis fuerint explicata. Et in hoc apparet,
ut ibidem subdit, non debere nos arbitrari mentiri
quemquam, si pluribus reminiscētib; rem, quam
audierunt, uel uiderunt, non eodem modo, atque
eisdem uerbis eadem res fuerit indicata.

AD SECVNDVM dicendum, quod obfiterices nō sunt
remuneratae pro mendacio, sed pro timore Dei,
& beneuolentia, ex qua processit mendacium. Vn
de signanter dicitur. Exod. 1. Et qui timuerūt ob
fiterices Deum, edificauit illis domos. Mendaciū
uero postea sequens non fuit meritorium.

AD TERTIVM dicendum, quod in sacra scriptura, ut
August. * dicit, inducuntur aliquorum gesta, quasi
exemplarē uirtutis, de quibus non est esti
mandum eos fuisse mentitos. Si qua tamen in e
orum dictis appareant, quae mendacia uidentur, in
telligendum est ea figuratiter, & propheticē dicta
esse. Vnde August. * dicit in lib. contra mendaciū.

Credendum est illos homines, qui propheticis rem
poribus digni auctoritate fuisse commemoratur,
omnia, quae scripta sunt de illis propheticē gessisse,
atque dixisse. Abraham tamen, ut August. dicit in
quāstionib; super Genes. * dicens, Sarra esse suam
sororem, ueritatē uoluit celari, & nō mendacium
dixit: soror enim dicitur, quia filia patris erat. Vnde & ip
se Abraham dicit Genes. 20. Vere soror mea est filia
patris mei, & non matris meae filia, quia scilicet ex
parte patris ei attinebat. Iacob uerō mystice dixit se
esse Elau primogenitū Isaac, quia uidelicet pri
mogenita illius de iure ei debebantur. Vltus autem est
hoc modo loquēdi per spiritum prophetiae ad de
signandum mxtferium, quia uidelicet minor po
pulus, scilicet gentilitium, substituendus erat in locū
primogeniti. In locum Iudaeorum. Quidam uerō
commendantur in Scriptura non propter perfectā
uirtutem, sed propter quandam uirtutis indolē. In
qua apparebat in eis aliquis laudabilis affectus, ex
quo mouebantur ad quaedam indebita faciēda: &
hoc modo, Iudith laudatur, non quia mentita est

A Holoferni, sed propter affectum, quem habuit ad fa
litem populi, pro qua periculis se exposuit. Quā
uis etiam dici possit, quod uerba eius ueritatem ha
bent secundum aliquem mysticum intellectum.

AD QVARTVM dicendum, quod mendacium nō
solum habet rationem peccati ex damno, quod in
fertur proximo, sed ex sua inordinatione, ut dictū
est. * Non licet autem aliqua illicita inordinatione
uti ad impediendum nocumenta, & defectus alio
rum: sicut non licet furari ad hoc, quod homo elec
mosynā faciat, nisi forte in casu necessitatis, in quo
omnia sunt communia. Et ideo non est licitū men
dacium dicere ad hoc, quod aliquis alium quocumq;
periculo liberet. Licet tamen ueritatem occultare
prudenter sub aliqua dissimulatione, ut August. *
dicit in lib. contra mendacium.

AD QVINTVM dicendum, quod ille qui aliquid
promittit, si habeat animū faciēdi quod promit
tit, non mentitur: quia non loquitur contra id, quod
gerit in mente. Si uero non faciat quod promisit,
tunc uidetur infideliter agere per hoc, quod animum
mutat. Potest tamen excusari ex duobus. Vno mo
do, si promisit id, quod manifeste est illicitū, quia
promittendo peccauit, mutando autem propositū
bene facit. Alio modo, si sunt mutatae conditiones
personarum, & negotiorum. Vt enim Seneca dicit
in lib. de beneficijs: * Ad hoc quod homo teneatur
facere quod promisit, requiritur quod omnia immu
tata permaneant: alioquin nec fuit mendax in
promittendo, quia promisit quod habebat in mente,
subintellectis debitis conditionibus: nec etiam est
infidelis non implendo quod promisit, quia eadē
conditiones non extant. Vnde & Apostolus nō est
mentitus, qui non iuit Corinthum, quo se iturum
esse promiserat, ut dicitur 2. ad Corinth. 1. Et hoc
propter impedimenta, quae superuenerunt.

AD SEXTVM dicendum, quod operatio aliqua
potest considerari dupliciter. Vno modo, secundū
seipiam: alio modo, ex parte operantis. Mendacium
ergo iocosum ex ipso genere operis habet rationē
fallendi, quāuis ex intentione dicentis non dica
tur ad fallendum, nec fallat ex modo dicendi. Nec
est simile de hyperbolicis, aut quibuscumque figu
ratiuis locutionibus, quae in sacra scriptura inueniū
tur: quia, sicut August. * dicit in lib. contra menda
cium, Quicquid figuratiue fit, uel dicitur, non est
mendacium. Omnis enim enuntiatio ad id quod
enuntiat, referenda est: omne autem figuratiue aut
factum, aut dictum hoc enuntiat, quod significat
eis, quibus intelligendum prolatum est.

AD SEPTIMVM dicendum, quod obfiterices nō sunt
remuneratae pro mendacio, sed pro timore Dei,
& beneuolentia, ex qua processit mendacium. Vn
de signanter dicitur. Exod. 1. Et qui timuerūt ob
fiterices Deum, edificauit illis domos. Mendaciū
uero postea sequens non fuit meritorium.

AD TERTIVM dicendum, quod in sacra scriptura, ut
August. * dicit, inducuntur aliquorum gesta, quasi
exemplarē uirtutis, de quibus non est esti
mandum eos fuisse mentitos. Si qua tamen in e
orum dictis appareant, quae mendacia uidentur, in
telligendum est ea figuratiter, & propheticē dicta
esse. Vnde August. * dicit in lib. contra mendaciū.

Credendum est illos homines, qui propheticis rem
poribus digni auctoritate fuisse commemoratur,
omnia, quae scripta sunt de illis propheticē gessisse,
atque dixisse. Abraham tamen, ut August. dicit in
quāstionib; super Genes. * dicens, Sarra esse suam
sororem, ueritatē uoluit celari, & nō mendacium
dixit: soror enim dicitur, quia filia patris erat. Vnde & ip
se Abraham dicit Genes. 20. Vere soror mea est filia
patris mei, & non matris meae filia, quia scilicet ex
parte patris ei attinebat. Iacob uerō mystice dixit se
esse Elau primogenitū Isaac, quia uidelicet pri
mogenita illius de iure ei debebantur. Vltus autem est
hoc modo loquēdi per spiritum prophetiae ad de
signandum mxtferium, quia uidelicet minor po
pulus, scilicet gentilitium, substituendus erat in locū
primogeniti. In locum Iudaeorum. Quidam uerō
commendantur in Scriptura non propter perfectā
uirtutem, sed propter quandam uirtutis indolē. In
qua apparebat in eis aliquis laudabilis affectus, ex
quo mouebantur ad quaedam indebita faciēda: &
hoc modo, Iudith laudatur, non quia mentita est

ARTICVLVS IIII.

Utrum omne mendacium sit pecca
tum mortale.

¶ Super Quaestione
de mendacium Ar
ticulum quartum.

In artic. 4. eiusdem
110. q. dubium oc
currit, quia praesens
distinctio uidet ad
uerlari doctrinae ha
bitae in artic. 2. huius
q. Na ibi dictum est,
quod distinctio men
daci p se non est in
mendacium perni
ciosum, officiosum,
& iocosum: sed ista
distinctio attenditur
secundum finem in
tenum, aggrauantē,
uel alleuantem. Hic
uero mendaciū perni
ciosum ponitur
& in

E AD QVARTVM sic proceditur.
¶ Vt, quod omne mendacium sit
peccatū mortale. Dicitur in Psal. 5.
Perdes omnes qui loquuntur
mendacium. Et Sap. 1. Os quod
mentitur, occidit animā: sed per
ditio, & mors animae nō est nisi
peccatum mortale. ergo omne
mendaciū est peccatū mortale.
¶ 2. Prat. Omne quod est contra p
ceptū decalogi, est peccatū mor
tale: sed mendaciū est cōtra hoc
praēceptū decalogi, Non falsum

In corp. ar.

In li. de me
dacio, c. 10.
in fin. to. 4.

Li. 4. cap. 34.
& 35.

In li. de me
dacio, c. 7.
ante mediū
tom. 4.

Supr. q. 69.
art. 1. & 2. &
q. 70. art. 4.
cor. Et 5. di.
38. art. 4. &
q. 116. q. 2.
artic. 1. q. 2.
cor. Et quo
118. ar. 14. &
quol. 9. art.
14. cor.